



Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE MEMBRIS ECCLE-||SIAE MILITANTIS,|| TRIBVS LIBRIS|| EXPLICATA.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1599]

VD16 B 1607

V. Idem asseritur ex fine principatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53880)

obfint, vt pater de Saule, Salomone, & alijs; denique
 est Reipub. malum Principem habere, quam nullum; ni-
 nim nullus est, non potest diu confistere Respub. dicitur
 lomone Prouerb. II. *Vbi non est gubernator, corrumpet populum*
 & vbi est, licet malus, conseruatur vnitas populi. Vide
 Thomam in opusc. 20. cap. 6 lib. I.

TERTIO dico, quod in Regibus Israel nullus fuerit
 nus, ad insignem Dei prouidentiam pertinere; Deus enim
 permittere voluit, quia rebellio illa Israelitarum à tri-
 da, significabat schismata Hæreticorum ab Ecclesia, &
 CHERIVS docet in fine lib. 3. super librum Regum, fuit
 nim inter Catholicos sunt boni, & mali; at inter Hæreticos
 nullus potest esse bonus; ita quoque inter Reges Iuda
 fuerunt boni, multi etiam mali. Ex Regibus Israel nullus
 mnino inuentus est bonus.

CAPVT V.

Idem asseritur ex fine principatus.



TERTIA ratio ducitur à fine. Principatus
 cus ad eò naturalis, & necessarius est huma-
 neti, vt tolli nõ possit, quin natura ipsa detur;
 tur; hominis enim natura est, vt sit animal
 le, nam bruta quidem sunt à natura ita instructa, vt
 sibi singula sufficere, homo autem tam multis rebus indiget
 vt solus viuere nullo modo possit; nam bruta nascuntur
 stira, & armata, & æstimatiuam habent ita determinatam
 omnia, quæ sibi conueniunt, vt naturaliter sine vilo doctore
 statim nouerint nidos ædificare, alimenta quærere, & motu
 cinam etiam sibiipsis facere; at homo nascitur sine vestibus
 sine domo, sine alimentis, omnium rerum egenus, & quæ
 quam habet manus, & rationem, quibus omnia instrumeta
 parare potest, tamen singula longum tempus requirunt,
 & ad eò longum, vt sit impossibile sibi vnus hominem
 cere ad omnia, præsertim cum nascamur rudes, & ante ma-
 gis doctrina, quam experientia discantur; ergo necesse est, vt
 simul viuamus, & vnus alium iuuet.

PRAETEREA, etiam si quisq; sufficeret sibi ad viuendum
 tamen nunquam sufficeret ad protegendum se ab impetu
 fera-

ferarum, & latronum, sed ad hoc necesse est conuenire, & collatis viribus resistere; & licet sufficeret sibi etiam contra hostes, tamen semper maneret rudis, & expertus sapientiæ, & iustitiæ, multarumq; aliarum virtutum, cum tamen ad hoc nati simus, vt mentem & voluntatem præcipuè exerceamus; nam scientiæ, & artes longo tempore, & à multis inuentæ sunt, & sine doctore percipi non possunt; iustitia autem non nisi in societate exerceri potest, cum sit virtus constituens æquiritatem inter plures.

Denique, donum loquendi, & audiendi, id est, percipiendi distinctè verba, quorsum homini collatum est, si debeat solitarius viuere: itaque rectè Aristoteles lib. I. politicorum, ca. 2. dicit, hominem natura ciuile esse animal, magis quam sint apes, & grues, & quæcunq; animalia, & si quis solitarius uiuat, aut esse bestiam, aut Deum, id est, aut minus, aut maius homine; neque id est contra Eremitas nostros. Nam qui penitus solitarij vixerunt, vt Paulus primus Eremita, Maria Magdalena, Maria Ægyptiaca, & si qui sunt alij, dici possunt aliquid amplius homine habuisse, non natura, sed gratia; nam non sine miraculo alebantur à Deo, vt notum est; ceteri autem etsi in solitudine degerent, tamen frequentes simul conueniebant, & Abbatibus suis subiecti erant, vt in disputatione de Monachis demonstrauius.

Iam verò si natura humana socialem vitam requirit, certè requirit etiã regimen, & rectorem; nam impossibile est multitudinem diu consistere, nisi sit, qui eam contineat, & cui sit curæ bonum cõmune: sicut in vnoquoq; nostrum nisi esset anima quæ contineret & coniungeret partes, & potentias, & elementa contraria, ex quibus constamus, statim omnia soluerentur. vnde Prouerb. II. *Vbi nõ est gubernator, populus corruet.* deinde societas est multitudo ordinata, nõ enim dicitur societas multitudo confusa & dispersa; ordo autè quid aliud est, quàm series quædã inferiorum & superiorum? Necessariò igitur rectores habendi sunt si societas futura est.

Ex hac ratione soluitur TERTIVM argumētum Anabaptistarum; falsum enim assumunt, cum dicunt, regimen politicum permissum Iudæis ob imperfectionem eorum, nobis autem non conuenire, quia vnctio doceat nos de omnibus; nam vnctio hoc in primis docet esse necessarium, habere re-

ctorem; nec sufficit scire omnia, sed oportet etiam mobiliter, & parare, quæ non possumus sine aliorum auxilio.

Cometio m.
177C.
Et præterea hinc deducitur falsum esse, quod M. T. in primo de inuentione, fuisse olim tempus, quo homines regerentur more bestiarum, deinde à sapiente quodam, & eloquente homine vi eloquentiæ persuasos conuenire, & simul viuere. quod idem etiam hoc tempore dicere solent quicquam eloquentiam laudandam suscipiunt. At reuera nusquam fuit, nec esse potuit, tale tempus. Nam Adam sapientissimus fuit, & sine dubio non permisit homines vagari more bestiarum, & Cain filius eius ædificauit etiam ciuitatem mactalem: ante Cain, & Adam nulli fuerunt. Sed non mirum Curionem, & alios Ethnicos talia dicere; nam Ethnici quia perstabant mundum fuisse ab æterno, & tamen videbant omnes artes esse nouas, & non exstare memoriam nisi paucorum tantum, inde suspicati sunt, longissimo tempore homines vixisse more ferarum, & solum exstare memoriam rerum gestarum ab eo tempore, quo cœperunt homines simul degere; sed Christiani, qui ex testimonio Dei didicerunt, mundum creatum fuisse ante annos nondum sexies milenos, & quomodo homines vrbes continuo habere cœpisse, miramur perfectum est, cur dicere audeant, longissimo tempore homines sine rectore, & sine ciuitatibus more ferarum vixisse.

CAPVT VI.

Idem asseritur ratione ducta ab efficiente.

QUARTA ratio ab efficiente sumitur; Nam certum est politicam potestatem à Deo esse, à quo non nisi res bonæ, & licitæ procedunt. id quod probat Augustinus in toto ferè 4. & 5. lib. de ciuit. Dei. Nam sapientia Dei clamat Prouer. 8. *Per me Reges regnant; Et infra: Per me Principes imperant.* Et Daniel. 2. *Deus cæli regnum, & imperium dedit tibi, &c.* Et Daniel. 4. *Conuersus, ferisq; erit habitatio tua, fanum, & bos, comedet, & rure cæli infunderis, septem quoq; tempora mutabuntur super te, donec scias quod dominetur excelsus super regnum tuum, & cuiuscunq; uoluerit det illud.*

Sed hinc obseruanda sunt aliqua. PRIMO, politicam potestatem